

NÉMETH Péter: A városlódi karthauzi kolostor története és régészeti emlékanyaga I.

A Veszprém Megyei Múzeumok Közleményei 19–20 1993. 370. oldal.

https://library.hungaricana.hu/hu/view/MEGY_VESZ_Veszprem19_20/?pg=368&layout=s

„A vezetőjük a perjel vérszerinti testvére, Jakab volt, s a támadókkal együttműködött a kolostor építésénél dolgozó kőcsiszoló és az összes kőfaragó (... *cum politore lapidum et omnibus lapicidis apud claustrum pefatum laborantibus...*)”

SÖRÖS Pongrác: A pannonhalmi Szt Benedek rend története 1903. 383., 104. okl.

Vásárhely, 1369. júl. 19. — *Jánosfia Jakab mester, veszprémi alispán és a szolgabírók a királynak jelentik, hogy Pál béli apát érdekében vizsgálatot tartván azt találták, hogy János lezeldi prior rendelkezése a béli apát birtokai ellen fegyveres támadás történt, mely Polyáót szinte teljesen a Borsóthot is jörszét elpusztította s az apátúgnak megbörtélbellen kára lett.*

Excellentissimo principi domino Lodovico, Dei gratia inclito regi Hungarie, domino eorum naturali, magister Jacobus, filius Johannis, vicecomes et iudices nobilium comitatus Veszprémensis humilium servitiocum debitam et indefessam promptitudinem cum perpetua fidelitate. Litteras vestre excellentie sigillo vestro anulari munitas ad inquisitiones inter alia legitime faciendas pro religioso viro fratre Paulo, abbate monasterii de Beel, per anni circulum generaliter gratiose concessus nobis exhibitas omni honore recepimus concedenti. Iuxta quarum continentiam mandatis vestris obedire curantes efficaciter, ut tenemur, Johannem, filium Dominici, de Alason, unum ex dictis iudicibus nobilium et Stephanum, *iobagionem castris Veszprémensis*, homines nostros, ad inquirendam et sciendam infrascriptorum omnimodam veritatem duximus destinandos. Qui demum ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feriis secunda et tertia proximis post festum Beati Dominici confessoris LXXIIII. M. CC. nunc preteritum in comitatu Veszprémensi predicto procedendo a nobilibus et ignobilibus, viris etiam ecclesiasticis et laicis ac ab aliis cuiusvis status et conditionis hominibus eiusdem comitatus et specialiter a vicinis et commetanis possessionum predicti monasterii de Beel, Polian, Borsoth et Ethey vocatarum, a quibus conveniens fuisset inquiri, palam et occulte diligenter inquirentes talem investigassent et conperissent de infrascriptis meram et plenissimam veritatem, quod, cum feria quinta proxima ante predictum festum Beati Dominici confessoris LXXIIII. M. CC. iobagiones prescripti domini abbatis de Beel et sue ecclesie in villis Borsoth et Polian prenotatis residentes una cum officiali eorum pro dividendo inter ipsos et deferendo feno in terra dicti monasterii Ethey nuncupata habito per dictos videlicet populos de Borsoth pridem falcato ad memoratam villam Polian insimul convenissent, hoc percepto Jacobus, *frater carnalis* et famulus religiosi viri fratris Johannis, prioris claustris de Lewld, ordinis Cartusienis, item Georgius Magnus, dictus Nemeth, Paulus, Stephanus, Ladizlaus faber, Petrus pellifex, Paulus filius Pauli filii Pete, Georgius litteratus, filius Laurentii, villicus, Andreas filius Henchel, Johannes dictus Sarang, Petrus Parvus, Mychael filius Pauli Barbat, Petrus faber et Gregorius carpentarius, iobagiones dicti prioris de Nova Lewld, cum *politer lapidum et omnibus lapideis apud claustrum prefatum laborantibus*, nec non aliis hominibus universis de eadem Lewld, item Zenthus villicus, Franciscus, filius Mychaelis, Johannes, filius Emerici, Elias Magnus,

Nicolaus, filius Martini, Georgius et Egidius, filii Thome, Johannes, filius Petri, Johannes, filius Adriani, Lucas, filius Pauli, Georgius [filius Pauli] Ladizlaus dictus Darabus et Johannes frater eius, filii Nicolai, Andreas, filius Emerici, Emericus dictus Takaro et Petrus dictus Pincust de Olewld, similiter iohagiones [prioris] predicti cum universis populis eiusdem ville seipos per totam illam noctem balistis, arcubus, lorici, securibus, fustibus, cuspidibus, gladiis et [bicellis, aliisque diversis] generibus promptuantes, sequenti die, videlicet feria sexta lucescente ho[ra] quasi prima, hii pedestres, hii in carru dicti prioris et alii [in equis 1190 100, 20 properantes ex] preconcepta conspirati rancoris nequitia et ex transmissione ac iussu prelibati prioris impetu repentino super predictam villam Polyan armatis [et potentiariis] manibus hostiliter et predonum more irruentes omnes homines ibidem inventos et quos apprehendere potuissent, quosdam ex ipsis in capitibus, [quosdam vero in aliis partibus corporum eorumdem graviter vulnerassent, alios etiam diriter verberassent et transsagittassent et similiter quam plures honestas dominas tam maritat[as], quam viduas di]ris vulneribus et gladiatorum et bicellorum ictibus affecissent et quarundam brachia confregissent, item Martinum, filium Joannis, de dicta Polian in do[m]o sua coartatum in manibus mutilantes et in capite letaliter sauciantes curru superiectum semivivum adduxissent et adhuc in dicta villa Qulewld detentum et vinctum conservarent] preterea Benedictum, *viceofficiale* predicti domini abbatis de dicta Polian, modo [se] in domo sua coangustatum sagittis et gladiis [miserabiliter] peremissent et corpus ipsius] exanime super currum impositum ad eandem villam Qulewld asportassent, quod ad tempus manifeste apud domum [suprascripti] Zenthus villici de eadem manifeste servantes] postmodum pro eorum libito occultassent *denegata eidem ecclesia[stica] sepultura*. Insuper hii omnibus non contenti [quam plures domos et ostia domorum et scrinia dictorum populorum] de Polian confringendo et secando, vestes, pecunia, [pepta], mensalia, manutergia, anulos, lintea [et alias res scriniales, nec non] falcastra, vomeres et alia ferreamenta, arcus, faretras, gladios, arvinam, permas, secures, victualia, sellas, frena et alia utensilia ac bona do[m]estica, quecunque arripere et asportare voluissent, asportassent; item omnia pecora, videlicet boves, vaccas et vitulos, ut conscientiose percepissent [*numero centum quatuoraginta, ac novem equos et totidem porcos dictorum populorum* de Polian et de Borsoth, in ipsa villa Polian et in facie ipsius possessionis Polian repertos auferentes, ad] antedictam villam Ouleweld et alias, quo voluissent, depulissent et adhuc detinerent nullis omnino demeritis populorum predictorum aut [etiam supradicti domini] abbatis et ad ipsum pertinentium exigentibus.

Quibus quidem omnibus sic sollicite indagatis et perceptis ipsi homines nostri ob maiorem rei certitudinem] ad memoratam villam Polian personaliter accedentes, multas domos, ostia et scrinia hominum de eadem modo premissa per predictos homines [dicti] prioris de] Leweld presignatis contracta, dissecta et discripta, necnon cruorem prenominati Benedicti crudeliter interfecti in domo et in limine [eiusdem] domus hinc inde] copiose effusum et respersum, itemque inter alia Anthonium, filium Nicolai, de eadem Polian ictu sagitte circa renes suos, Ladizlaum, filium Cosme, de Borsoth ictu gladii in capite diriter sauciatos, Gregorium, condam villicum de eadem, sub ascella sua gladio penetratum, Nicolaum, filium Peterke de eadem, in capite et in facie graviter vulneratum, preterea dominam uxorem Stephani condam villici de dicta Polian in brachio et in capite bicello enormiter vulneratam, scapulas et dorsum domine uxoris Andree, filii Nicolai, de eadem, graviter verberatas et denigratas, brachium seu manum cuiusdam puelle, germane consortis Georgii Magni de eadem, contractum seu collisam, dominam relictam Cosme sartoris in fronte sua periculose vulneratam, preter alias dominas,

quas eo, quod ex gravibus percussionibus decumberent videre non expedisset, dictamque possessionem Polian per facta enormia prenotata omnibus animalibus, bonis et rebus, ut premititur, penitus spoliata et evacuatam fide conspexissent oculata manifeste, per que etiam facta non minus predicta possessio Borsoth foret in parte maxima desolata in grande et inconputabile predicti monasterii de Beel et sui abbatis derogamen, prejudicium et iacturam. Datum in Wasarhel, decimo die inquisitionis prenotate, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono.

1160. sz. sz.

Papíra írt eredetije a pannonhalmi rendi levéltárban.

Hátul három pecsét van, egy teljesen összetört, a másik kettő pedig annyira repedezett, kapott, hogy nem befűzhető ki. — Hátlján: Domino regi pro religioso viro domino fratre Paulo abbate de Beel contra priorem et populos de Lewid super factis intronotatis inquisitoria.

Az oklevél erősen szakadozott; harmadik behajtásánál nagyobb rész hiányzik s a behajtásoknál szétmállott. Signaturája: Capsa 52. B. Kiegészítése úgy válik szinte tökéletesen lehetségessé, hogy ugyanazon napon a pannonhalmi konvent is tart vizsgálatot s az előzővel majdnem betűről-betűre megegyező jelentésű ad ki. Ez a két írás együtt lehetett valamikor, mert ez az utóbbi is sokat szenvedett; egész felold része hat sor mélységben ki s be van szaggatva s három nagy vízfolt teszi rajta lehetetlenné az olvasást; de a kettő együtt jól megvilágítja az ügyet. — Hátlján a pannonhalmi konvent pecsétjének cselvény maradványa van. Emelk sign. Capsa 49. G.

